

EX HIERONYMO DE VIRIS
ILLVSTRIBVS.



IRMIANVS, qui & Lactantius, Arnobij discipulus, sub Diocletiano principe accitus cum Flauio grammatico, cuius de medicinalibus uersu compositi extant libri, Nicomediae Rhetorica docuit: ac penuria discipulorum, ob græcam uidelicet ciuitatem, ad scribendum se contulit. Habemus enim symposium, quod adolescentulus scripsit Africæ, & ὁδηπομενός de Africa usq; Nicomediam hexametris scriptū ueribus: & alium librum, qui inscribitur Grammaticus: & pulcherri mum de ira Dei, & Institutionū diuinarū aduersus gentes libros vii. Epitomen eiusdem operis in libro uno ἀπέφελη, & ad Asclepiadēm libros ii. De persecutione librū unum. Ad Probum epistolarum libros iii. Ad Seuerum epistolarū libros ii. Ad Demetrianum auditorem suum epistolarū libros ii. Ad eundem de opificio Dei, uel formatione hominis librū unum. Hic in extrema senectute magister Crispī Cæsaris filij Constantini in Gallia fuit, qui postea à patre imperfectus est.

SED & in epistola ad Magnū ita Lactantij meminīt: Septem libros aduersus gentes Arnobius aedidit, totidemq; discipulus eius Lactantius, qui de ira quoq; atq; opificio Dei duo uolumina condidit: quos si legere uolueris, dialogū Ciceronis in eis excerptum reperies.

20 P. Ecc.

173 (2^o)

V.D.16

2 FC

Ex Arsenio, S. et. 20. 173. 2^o.
173. 2^o. 2. 20. 173. 2^o.